



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m]  
missa[rum] occurrentiu[m]**

**Heynlin, Johannes**

**Colonie, 1501**

**VD16 H 3452**

ijj Locum celebrandi [con]uenientem

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34702**

## Tercium

¶ Capitulum tertium de dubiis circa locum celebrandi  
occidentibus duos continet articulos

¶ Resoluit quinq; dubia circa locum celebrandi communem videlicet  
ecclesiam incidentia Arti. I.

- I. Quis sit locus cois debitus et quenam ad celebrandum missam.  
Sol. Regulariter sola ecclesia consecrata.  
iiij. Utrum ne quis possit licite quandoq; extra ecclesiam celebrare.  
Sol. Potest de licentia episcopi vel superioris dummodo habeantur  
necessaria ad celebratōem requisita.  
vij. Quid si in terra vel regione aliqua non inueniatur aliqua ecclē  
sia consecrata ppter destrūctionem vel vastationem ecclesiarum.  
Uel si quis in itinere constitutus et presertim in nauigatōne ubi  
non potest haberi ecclesia vel constitutus in aliquo exercitu. vel in  
aliquo consimili occurrente casu. utrum ne quis posset alibi q; in Dubiū  
ecclesia celebrare. etiam sine licentia episcopi.  
Sol. In talibus casibus bene potest si habeantur ibi omnia necessaria  
ad celebratōem missae requisita. potest enim celebrare sub domo  
vel sub tentorio.  
viii. Utrum in mari vel in fluminib; in quib; naues frequenter  
agitantur liceat alicui celebrare.  
Sol. Nullo modo debet ppter periculum effusionis sanguinis christi.  
v. Utrum in omni loco consecrato liceat celebrare missam.  
Sol. Non. si enim locus sit interdictus. siue a iure. ut pollutus sanguis  
ne vel semine. siue a iudice. videlicet per sententiam interdicti la-  
tam contra locum illum. non licet ibi celebrari. et faciens contrarium  
in hoc casu incurrit irregularitatem.

- ¶ Resoluit sex dubia que circa locū ppterum. scilicet altare occurrere possunt. Arti. II.
- I. Utrum in ecclesia vel alibi possit quis licite celebrare super ali-  
quo alio q; super altari.  
Sol. Non licet nisi super altari vel fixo siue stabili. vel portatili siue  
viatico. quod ppter mensam fieri vel arcā vel aliud huiusmodi.  
iiij. Quale debeat esse altare super quo celebrare licet.  
Sol. Altare debeat esse lapideum consecratum non enormiter factum?  
vij. Quibus altare debet esse cooperatum et ornatum.  
Sol. Duabus palulis et corporali cōsecratis de lino puro factis. nul Dubiū  
lo colore tinctis. sed totaliter albis mundis et nitidis  
viii. Utrum semper liceat sacerdoti super quolibet altari cōsecrato ce-  
lebrare missam.  
Sol. Non semper licet. nam postq; episcopus aliquis super aliquo al-  
tari celebrauerit. non licet illo eodem die alteri sacerdoti super illo  
altari celebrari. nisi de licentia episcopi.  
v. Quantum debeat esse altare portatile. ut sit aptum celebrationi  
super eo fiende.

B. viij

# Capitulum

- Dubium
- Sol. Tantū esse dī ut possit recipere pedē calicis et hostiā. et q̄ sacerdos manus sup ipm̄ cū hostia retinendo p̄uenienter p̄secreare possit.
- vi Quid si sacerdos aliquid de predictis requisitu omittat. vtrū scilicet consecrat celebrando.
- Sol. Si obseruet alia ad consecratiōem necessaria consecrat. sed tamē grauiter peccat scienter omittens.
- ¶ Capitulū quartū de dubijs occurrentib⁹ circa tēpus cōgruum quo celebrari debet. duos habet articulos.
- Arti. i.
- ¶ Resoluit quattuor dubia occurrentia circa tempus celebrandi com̄mune. videlicet circa diem.
- I Utrum indifferenter in nocte et in die liceat alicui missam celeb̄are.
- Sol. Non licet regulariter nisi in die. hoc enim sacramentum ad temp⁹ pus gratie pertinet quod per diem significatur. Unde et saluator dixit. De oportet operari donec dies est.
- ii Sol. Utrum ne aliquando liceat in nocte celebrare.
- Sol. Solum in duabus noctibus licitum est. videlicet in nocte nativitatis christi. et in nocte resurrectiōnis.
- Dubium
- iii Sol. Utrum ne liceat aliquando ante initium dies celebrare.
- Sol. In tribus casibus licet. Primum casus. si necessitas postulet. vt si contingat aliquem infirmari ad mortem et non habeatur hostia consecrata potest sacerdos celebrare et consecrare. Secundus casus est. si episcopus sit in itineratōne tunc potest ante diem celebrare vel facere celebrari coram se. Tercius casus est. si quis habeat dispensatōnem ab episcopo vel superiore ut possit celebrare ante diem. tunc tene potest als non est tutum. nisi aliqua rationabilis et virginis necessitas superuenierit.
- iv Sol. Quid si quis celebret credens diem iam incepisse. sed tamē non dum incepit.
- Sol. Quia quod parum distat nihil distare videtur. talis excusat⁹ precipue si deuotio id postulat.
- Arti. ii.
- ¶ Resoluit tria dubia que se offerunt circa tempus celebrandi proprium. scilicet circa horam.
- I Quā hora diei liceat missam celebrare.
- Sol. Disse solennes sive publice sīm̄ canones tribus horis celebrari detent. videlicet hora tercia in diebus festiūs. hora sexta in pro⁹ festis diebus. et hora nona in diebus ieiuniorum. In hoc tamē obseruanda videtur deteri consuetudo regionis vel religionis. Private vero missae celebrari possunt a principio diei. vsc⁹ ad horam nonam. hoc est vsc⁹ ad meridiem.
- ii Sol. A quo tempore sumendum sit principium diei.
- Sol. Principium diei non est accipiendum ab ascensiō solis super nos.